



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Paupertatis incitame[n]ta sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

- Gregor.** opera dissipantis. Vnde Gregorius. Incasium quippe bonum agitur, si ante terminū uitæ deseratur. Et quod
- Auguf.** bona acquisita custodiat, P. Augustin. dicit. Perseuerantia magnum donum dei est, quo dona cetera conseruantur. Tertium est, quod difficilia &
- Bernar.** aspera, suauia & facilia facit. Bernardus. Subito procedenti de umbra ad solem, de ocio ad laborem, graue esse cernitur quod incipit, sed postquā ab his distuescere cæperit, usus tollit difficultatem, inuenitque facile esse quod impossibile esse putauit. Quartum est, quod sola perseuerantia meretur coronam uitæ æternæ. Apoc. Est o fidelis usque ad mortem & dabo tibi coronam uitæ. Et D. Bernardus. Stude perseuerantiæ quæ sola coronatur.

Paupertatis incitamenta sunt quatuor.

Luc. 2. **P**rimum est, quia Deus camamat. Et hoc potest ostendi quinque rationibus. Prima est, quia Deus eā elegit. uoluit. n. esse pauper in natiuitate, sicut dicit Luc. Et pāuit eū inuoluit, & reclinauit eū in presepio, quia non erat ei locus in diuer-

orium. Vnde D. Bernardus. Hanc itaque filius dei concupiscens, descendit ut eam eligeret sibi, & nobis quoque sua existimatione faceret pretiosam. In uita quoque pauper fuit. sicut Legitur in Mattheo. Qui milit ad piscandum pro tributo soluendo. Vnde dicit ibi Glossa. Tante fuit paupertatis ut unde tributum daret, non haberet. In morte etiam fuit pauper quia propriis uestibus expoliatus. Vnde dixerat. Vulpes foueas habent, & uolucres celi nidus, filius autem hominis non habet ubi reclinet caput suum, &c. Vnde D. Bernardus. Volue & reuolue omnem Saluatoris uitam ab utero uirginis, usque ad patibulum crucis, & non iuuenies in eo nisi stigmata paupertatis. Secunda quia propter pauperes uenit in mundum. Psal. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus. Et Luc. Euangelizare pauperibus misit me. Tertia quia societatem pauperum elegit. Iac. 2. Non ne elegit deus pauperes in hoc mundo? Vnde Gregorius. Hos elegit Deus, quos despicit mundus. Et ideo Saluator paupertatem comendare uolens, & paupertatem profiteri ostendens dixit. Omnis qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest

Bernardus

Met 18.

Glossa.

Luc. 9.
Bernardus

Psal. 11.

Luc. 4.

Iac. 2.

Luc. 4.

Gregorius

Luc. 14.

meus esse discipulus. Quarta est, quia
Pfal. 9. pauperes exaudit. **Pfal.** Et Deside-
Ecc. 22. riū pauperum exaudiuit Dominus Ec-
 cle. Deprecatio pauperis ex ore usq;
Pfal. 71 ad aures perueniet. Quinta est, quia eos
2. Re. 22 saluat. **Pfal.** Parcet pauperi, & inopi,
 &c. Et in Regum libro populum Pau-
Grego. perem saluum facies. Secundum in-
 citamentum est, quia paupertas est
 expedita. Vnde Gregor. liberius ad pa-
Grego. triam tendimus, quia quasi pondere
 in uia caremus. Diuitie enim pondus
 sunt sicut dicit idem Pontifex Grego.
Augul. Terrena nanque substantia æternæ ui-
 tæ comparata, pondus est & non sub-
Grego. sidium. Vnde P. Augustinus. Qui mihi
 onus diuitiarum abstulit, me ad cur-
 rendum citius expedit. Tertium est,
 quia paupertas secura est. Vnde Gre-
 gorius. Qui nihil in mūdo habet quod
 perdat, nihil est in mundo quod per-
 timescat. Magna tranquillitas & secu-
 ritas mentis est, nihil in mundo possi-
 dere, quā tranquillitatem facit pau-
 pertas, quæ uoluntariē sustinetur.
Matt 5. Quartū est, quia ad diuitias æternas
 perducit. **Matt.** Beati pauperes spiri-
Mat. 19 tu quoniam ipsorum est regnum cae-
 lorum, &c. Idem seruator dicebat ad
 discipulos suos. Vos qui reliquistis
 omnia, & secuti estis me, centuplū
 accipietis, & uitam æternam posside-

bitis. Vnde Bernardus . Meritò relin- **Bernar.**
quentes omnia propter Christum, si-
cut & ipse reliquit omnia propter ip-
sos, sequuntur eum quocunque ierit.

*Prudentia incitamenta sunt
quinque.*

Primum est, scriptura. **Mar. 70**
Estote prudentes sicut serpentes, **Mat. 10**
&c. Et Petrus. Estote prudentes **I Pet. 4**
& uigilate in orationibus. **Prou. 16**
Acquire prudentiam quia preciosior est
auro. Secundum est animalia irratio-
nabilia, uelut serpentes, & formicæ.
Vnde Seneca. Non pigeat ab animali **Seneca**
bus exiguis trahere mores. Et ut dictū
est modo supra dicebat seruator. **Mat. 5**
Estote prudentes sicut serpentes. Et **Prou. 6**
Vade ad formicam piger, &c. Tertium
est, quia dominum letificat. **Prou. fili-**
us sapiens letificat patrem. Idem. **Pro. 10**
Acceptus est regi minister intelligens. **Pro. 14**
Ecclesiasticus Homo prudens place- **Eccl. 20**
bit magnatibus. Quartum est, quia
hominem in bono conseruat. **Prou. 2**
si intrauerit sapientia cor tuum, &
scientia animæ tuæ placuerit,
consilium custodiet te,
& prudentia serua-
bit te.